



**Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In
Qvinque Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qva Ivris Canonici Primæ Institutviones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

Continens Librum Quartum & Quintum Decretalium

**Axel, Johannes Honorius van
Coloniae Agrippinae, 1656**

De natis ex libero ventre. Titulus X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61572)

quoad thorum & mutuam seruitutem, c. si uxorem 32. quæst. 5. c. hi qui matrimonium & c. seqq. 32. quæst. 7. Pan. in c. 2. num. 3. hoc tit. l. si cum dot. m. §. si maritus vers. quidem tam humanum ff. solut. matr. An autem sanus teneatur conjugii leprosa, vel alia contagione laboranti reddere debitum conjugale, vide Pan. in c. 2. n. 5 hoc tit. & ibi Can. 3. Deportatione t quoque alterius ex conjugibus non solvitur matrimonium, l. res uxoris & authen. sed hodie C. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. C. de repud. sed uxor tenetur sequi virum, nisi efficiatur v. gabundus, & vir uxorem quando ex causa necessaria se absentat, c. 1. & ibi glos. in ver. sequantur hoc tit. c. unaquaque & ibi glos. l. 34. quæst. 2. & ubique Can. sed & furor t subsequens matrimonium contractum non dissolvit. l. furor ff. de spons. l. oratione §. fin. ff. de rit. nupt. c. dilectus & ibi glos. fin. de spons. c. hi qui & c. seq. 32. quæst. 7.

De conjugio Servorum.

Titulus IX.

SVM MARIA.

1. Servitus dirimit matrimonium contractum, quando liber ignoranter contraxit cum serva & ex quo credidit esse ancillam, in eam facto aut verbo non consentit.
2. Servi à Sacramentis ecclesie non removentur, nec inter servos matrimonia ullatenus debent prohiberi, etiam si contradicentibus dominis & invitis contracta fuerint.

QUARTUM impedimentum est servitus quæ dirimit t matrimonium contractum, quando liber ignoranter contraxit cum serva, & ex quo audivit & credidit esse

Summa in Decretal.

ancillam, in eam facto aut verbo non consentit, aut eam carnaliter non cognovit, & liberè potest cum alia contrahere, c. 2. & fin. hoc tit. servi t à sacramentis ecclesie non removentur, nec inter servos matrimonia ullatenus debent prohiberi, etiam si contradicentibus Dominis & invitis contracta fuerint, nulla ratione propter hoc sunt dissolvenda, c. 1. hoc tit. l. possessionum C. comm. utr. iud. debita tamen & consueta servitia non minus debent propriis Dominis exhibere, c. 1. in fin. hoc tit. sed & partus penes dominum ancillæ remanet, l. & servorum ff. de stat. hom.

De natis ex libero ventre.

Titulus X.

SVM MARIA.

1. Natus ex libero ventre sive mater libera sit sive libera liber est.
2. Serva & libera patris est serva & libera filiorum, sed liberti liberorum non sunt liberti parentum.

SÆPIUS dubitari contingit, an natus ex libero ventre sit judicandus liber vel servus, ideo post rubricam præcedentem subiicitur de natis ex libero & c. in quo constituenda est regula quod natus t ex libero ventre, sive mater libera sit, sive libera libera est c. 1. hoc tit. c. fin. de ser. non ord. Inst. de ingen. in princ. & §. 1. quia partus ventrem sequitur: l. partum C. de rei vend. tamen valet consuetudo quod partus sequatur conditionem patris c. licet de conjug. servor. Nota quod serva t & libera patris est serva & libera liberorum, sed liberti liberorum non sunt liberti parentum, l. licet la. 2. ff. de ver. signif.

D

De